



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrio, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](#)

poris, ut sanitas, liberatio à carcere, hostibus, ferro, igne, aqua & huiusmodi, quia sic se putat fore innoxium, 3. quando exspectatur bonum animę naturale, vt ars, vel scientia aliqua, 4. quando exspectantur bona supernaturalia, vt sunt remissio peccatorum, per aliquas certas orationum formas, aut versiculos Psalmorum vel sacrae alterius scripturarum, & alia huiusmodi, ab Ecclesia vel Deo ad hoc non ordinata.

A sint virtute ad coercendum concupiscentias carnales, ex viribus carnis, & corporis habitu nimis læto, pullulantes; sed si his addas circumstantias ridiculas, & ad hoc à natura, Deo vel Ecclesia non ordinatas, veluti certam horam, definitum numerum, quem nec excedere nec minuere licet, vel presentiam certarum personarum, vel ut fiat illa vel illa manu, flagro serico, & huiusmodi, erit vana obseruancia. Ex his regulis infertur esse vanam obseruantiam.

B S E C T I O N I V .
Vnde dignosci queat, quando sit huiusmodi vana obseruancia?

S E C T I O I .

D Ico breuiter, primo. Si constet, quod effectus superet naturae vires, tunc attendere oportet, an per sacra Scripturam, vel Ecclesiæ definitionem vel approbatam ab ea traditionem effectus iste Deo tribuatur, sive, quod idem est, an huiusmodi testimonio constet, effectū hūc esse diuinum: si nihil huiusmodi reperitur, effectus tribuendus est pacto cum demone inito, & proinde cēsanda supersticio magica, ut minimū, vanę obleruantię tales sunt effectus, remissio peccatorum extra sacramenta, quoad mortalia, extra sacramentalia, quoad culpas veniales, item diuinatio terum futurarum contingentium, inflexio aut directio earum actionum, quæ ab arbitrii libertate mere dependent.

E Secundo, si constat rem, cui tribuitur effectus, hāc vim à Deo vel à natura habere, non est vana obseruātia ex parte effectus, sed posset esse vana obseruātia ratione alicuius vitiosę circumstātē, v.g. cilicium, disciplina, iejunium, quia corpus affligit & macerant, prædicta

C S E C T I O II .
Primo, si ad productionem effectus requiritur fides in ipsum hominē qui sanatus, v.g. credere quod is possit sanare.

Secundo, si effectus attribuitur magicis imaginibus, figuris, sigillis, characteribus, ipsis vera, vel rythmo, vel contactui, &c. & non Deo, qualib. I. discubimus: & in his plerumq; est incantatio & pecc. M.

Tertio, si quis viri certis orationibus, aut sententiis etiā laetis, aut operibus piis, in reb. vanis, & ad Dei cultum & honorē, directe nec indirecte pertinētibus. Voco indirecte, quādo res nō sunt vanę, quia sunt utiles proximis, ut sanitatem illis vel nobis ipsis adferentes. Nam in huiusmodi reb. fieri posset aliquando, vt licet nos rationē sive in iunctū nesciamus praxis alicuius; tamen vir sanctus aliquis id institerit, & à Deo huius efficientia gratia obtinuerit. Quare in huiusmodi, si quis ea adhibeat ex mera deuotione, & curationē à Deo exspectet solo; sane indirecte ad Dei honorē hoc referret auctorē omnis miraculosa sanationis, & qui orationi ac fidei, ac iejunio Christianorum, sanationes pollicitus fuit.

Fuit